



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

Pars Decima Sexta. De Traditis Bonis Svb Corbeiensi Abbate Drvtmaro Ab
Anno 1014 Vsque Ad A. 1037.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS DECIMA SEXTA,

IN QVA

ENVMERANTVR

BONA TRADITA

SVB ABBATE

D R V T M A R O

AB ANNO 1014 VSQVE AD ANNUM 1037

REGNANTIBVS

ATQVE

IMPERANTIBVS

HEINRICO II

ET

CHVONRADO II.

TRADITIONVM COLLENSIVM
PART DECIMA SEXTA

D R V T M A R O

IMPERANTIBVS

HENRICO II

CHONRADO II



§. 468.

Tradidit uerdeg III. mansos et I . . . in *pykulesun* (k).

§. 469.

Tradidit amulung II. mansos et III. mancipia (l).

§. 470.

(k) Villa *Pykulesun* tribuitur ab abbate Corbeiensi Sarachone pago *Hessi Saxonico*. Indicatur *Peckelsen*, oppidum in episcopatu Paderbornensi, ad iura hodie spectans nobilium dominorum de Spigel, qui se nominant dominos de Spigel in *Peckelsheim*. An *Werdeg* inter progenitores nobilium de Spigel referendus sit, dispexerint alii.

De villa *Pykulesun* in pago *Hessi Saxonico*.

(l) In Registro Sarachonis sequuntur hæc verba: *In Bechi in pago Westfaga continentur CXX. iugera abbigo habet XX. iugera et persoluet XX modios auene III. siliginis et II oues redir habet XX iugera et persoluet tantum quantum abbigo gberward habet XX. iugera et persoluet eadem que abbigo dedo XXX. habet iugera et persoluet XXX. modios auene III. siliginis II. oues thiedbarn XXX. habet iugera et persoluet tantum quantum dedo et insuper utroq. eorum VI. denarios.* Cum itaque ordo Registri nostri postulet, ut statuamus, villam *Bechi* eandem fuisse, quæ in codice traditionum nostrarum legi non potuit, et in qua *Amulungus* duos mansos et IV mancipia dedit, quæritur porro, ubi villa *Bechi* fuerit sita? Pronuntiamus, pagum *Westfaga* olim existisse in comitatu *Rauensbergico*. Id abbatia *Sceldice* demonstrat, quæ ad annum 1019 erat in pago *Westfaga* et in comitatu *Friiderici* sita, teste diplomate cæsaris *Heinrici II.* in *N. Scharenii Annal. Paderborn.* T. I. p. 433. Designatur abbatia *Schildsche*, non procul ab oppido *Bilefeld* in comitatu *Rauensbergico* olim sita. Ab hac abbatia iter circiter trium horarum visitur locus *Becke*, in episcopatu *Mindensi* inter *Lohne*, *Gohfeld*, *Menninghusen*, *Lengern*, *Bunde* et *Hiddenhusen* situs. Hunc locum *Becke* nostram

De villa *Bechi* in pago *Westfaga*.

Ab anno
1014 vi-
que 1037
regnante
Heinri-
co II.

§. 470.

Tradiderunt duo fratres raginholdus et adalbirin in *Sipestor-*
(m)

§. 471.

nostram villam *Becbi* fuisse, censemus. Id si ita est, porro quaeritur, quinam ille fuerit *Amelungus*, qui in villa *Becbi* II mansos et IV mancipia donauit ecclesiae Corbeiensis. Viderur subesse comitis, de quo diximus, *FridERICI* frater. Est enim diploma caesaris Chuonradi autographum, quod aeri incisum dabimus in *Historia Corbeiensis*, in manibus nostris, in quo ad annum 1028 *FridERICI* frater appellatur *Amelungus comes*. Hic *Fridericus* videtur fuisse anno 1019 comes fuisse in pago *Wessaga*. An vero *Amelungus* iste fuerit idem, quem supra diximus aduocatum summum ecclesiae Paderbornensis, praefraete quidem affirmare non audemus. Id si autem sic esset, et statueretur, *Amelungum* fuisse comitem in pago *Patherga*, et *Fridericum* in pago *Wessaga*, in originem comitum de *Rauenberg* ita incidisse videremur. A *Widekindi Magni* posteris descendisse *Rauenbergicos* comites, sane erit verisimillimum. Supra enim vidimus, *Widekindi Magni* posteros bona hereditaria possedisse, in pago *Wessaga*, eique contiguus *Thiatmelli* et *Patherga*, passim sita.

De villa
Sipestor-
pe in
pago
Derlingi.

(m) Villam *Sipestorpe* refert *Saracho ad pagum Derlingi*, memorans, in ea abbatiam nostram tres mansos possedisse. Pagus *Derlingi* erat in dicecesi Halberstadeni, et in aliqua *Brunsvicensis* ducatus parte situs. In toto autem illo tractu, in quo *Derlingicus* pagus olim exstitit, nullus nunc vicus exstat, cui vlla nominis similitudo cum villa nostra intercedit. *Sipestorpe* ergo villa fuit desolata. Cum autem olim, intra partem oppidi *Helmsted* villa quaedam existerit, appellata *Sedorp*, a castro *Sommerchenburg* quondam vix vnam milliarem sita, quae iam anno 1199 intercedit, haec villa *Sipestorpe* videtur huius esse loci. Eam probe discernendam esse a vico *Sedorp*, intra praefecturam ac comitatum *Schaumburgicum* sito, censemus. Hic autem villae nostrae *Sipestorpe* situs persuadere nobis et nos adducere, potest, vt statuamus, *Raginholdum* atque *Adalbirinum* seu *Adelbertum* inter progenitores palatinorum *Sommerchenburgicorum*, qui eodem in tractu amplam possedere ditionem, esse referendos. Inde simul intelligitur, *Adalberinum* fuisse patrem *FridERICI*, comitis palatini *Sommerchenburgici*, qui anno 1120 vitam cum morte commutauit. Hoc ita esse, adfirmamus iam supra §. 188. Hic nihil addimus, nisi quod dicimus, hanc *Adalberinum* videri fuisse filium comitis palatini *Atelberonis*, ac patrem *FridERICI* palatini comitis. Huius *FridERICI* comitis palatini patrem omnes appellant *Adelbertum*. Hic *Adelbertus* ante annum 977 vitam ingressus fuerit oportet. Eodem enim anno comes palatinus *Atelbero* e vita discessit. Ponamus ergo, *Adelberinum* nostrum fuisse natum anno 970. Ita egisset ipse annum aetatis quinquagesimum circa annum 1020, quo ille haec bona in *Sipestorpe* tradidisse videtur. Iam porro ponamus, *Fridericum* filium *Adelberini* in lucem vitalem produxisse anno 1042. Id fieri potuit. *Odam* enim, sororem archiepiscopi *Hamburgensis Adelberti*, demum nupsisse *Adelberino*, regnante *Heinrico IV.* et quidem, vt volunt, eo tempore, quo summa rerum penes dictum archiepiscopum erat, e *Pauli Langii Chronico Citiensi*, vt pote demum seculo XVI scripto, demonstrari non posse, credimus. *Fridericus* ille haec ratione anno 1120, quo exiit e vita, annum aetatis egit LXXVIII. Comes ergo palatinus *Atelbero* auus esse potuit comitis palatini *FridERICI de Sommerchenburg*. Quid autem causae erat, videris e nobis quaerere, cur *Raginholdus* atque *Adelberinus* tres mansos in *Sipestorpe* tradidere abbati *Drutmario* eiusque ecclesiae? An *Raginholdus* atque *Adelberinus* consanguinei fuerunt abbatis *Drutmari*? Ita, respondeamus, videtur esse. Iam enim supra (§. 467) indicauimus, *Annales Corbeiensis MSptos*, in *Archiuo Corbeiensis* exstantes, *Drutmariam* referre ad *Croppenstedensem* gentem. Recentiores id e vetustioribus chronicis deperditis haurire potuerunt. Fratrem germanum *Drutmari* abbatis fuisse *Heinricum*, patefecit e documentis nostris litterariis, in *Historia Corbeiensis* producendis. Hunc

Heinri-

§. 471.

Tradidit hogerus pro filio suo Xpōtero I familiam in *disilesbus* (n) et iugera LVIII. et II. iurnales.

et guber-
nante
Corbe-
iam
Drutma-
ro,

§. 472.

Heinricum fuisse illum, quem fratrem suum appellat *Merseburgensis* episcopus *Ditmarus*, perhibere vellemus, nisi auctoritas eiusdem *Ditmari* episcopi nobis obstaret. Hac enim stante, *Drutmarus* noster ipsius episcopi *Ditmari* frater fuit. Illud *Ditmarus*, qui mentionem iniecit depositi abbatis *Walbonis*, atque intrusi *Drutmari*, certe factum silentio non rexisset. Fortassis itaque *Drutmarus* noster comitis *Esici* filius, et frater *Esici* II, comitis de *Ballensede*, erat. Id indicare voluisse videntur *Corbeiensis* nostri, dum *Drutmarum* suum appellarunt *Croppenstedensem*. Si hoc concesseris, statuendum est, *Raginboldum* atque *Adelberinum* fuisse agnatos *Corbeiensis* abbatis *Drutmari*.

- (n) *Disilesbus* villam existisse in pago *Wikanauelde*, refert *Saracho* in Registro. Probabilissime ergo nullus intelligitur alius vicus, nisi *Delliesen*, in praefectura *Gre-*
ne in *Brunsvicensi* ducatu situs. Ad quam familiam *Hogerus* eiusque filius *Disiles-*
Christoferus spectarint, nondum liquet. Inter progenitores comitum *Wolden-*
bergensium referendos esse illos, probabili coniectura auguramur. *Christoferus* *Wikanau-*
forlan est ille, cuius frater *Benno* fuit, et cuius filii *Ditmarus* et *Benno* anno *velde.*
1062, nominantur a caesare *Heinrico* IV. in litteris in *I. M. Heinecii Antiq.*
Goslariens. p. 69. reperiundis, in quibus caesar, *Ditmarum* eiusque fratrem *Ben-*
nonem, filios *Christophori*, praedium, quod fuerat dicti *Christophori* comitis eius-
que fratris *Bennonis*, regii capellani, quodque situm erat in villa *Partanlep* in
pago *Norddwingun* in comitatu *Vionis* tradidisse perhibet altari, dicato dictoque
S. Petri, quod est in orientali plaga villa *Goslariensis* in monte, qui dicitur mons
S. Petri. In hoc diplomate sine dubio designatur villa *Partanlep* vicus *Barleip*
seu *Parleip* ad silvam *Thrimminina*, hodie dictam *Drümpling* sub praefectura *Cal-*
vör in *Wolferbuttelano* Principatu. *Bennonem*, fratrem *Christophori*, et capel-
lanum *Heinrici* IV fuisse *Bennonem*, qui, teste *Lamberto Schaffnaburgensi*, ex
Goslariensi ecclesia ad *Misnensem* episcopatum transit, praedicant, et eundem
Bennonem ex illustri *Woldenbergensium* comitum prosapia ortum esse, credunt.
Auctor *Chronici canonii Montis Francorum Goslariae*, qui est *Christianus Ludov.*
Kotzebue, p. 3. huius episcopi *Bennonis* patrem appellat *Wernerum*. Eum se-
cutus est *I. M. Heinecius* l. c. Vnde hoc habuerint ipsi, nescimus. In illo
documento, quod exhibet *I. C. Lunig im Reichs-Archiv Sp. Eccl. Cont. III. im*
Anhang p. 43 seqq. pater *Bennonis* episcopi nominatur *Fridevicus*, *Buttenbergens-*
is nobilis, et mater *Bezela*, asseriturque, *Bennonem* fuisse mortuum anno 1106,
episcopatus eius anno XL. Id si conceditur, *Benno* ad episcopatum *Misnensem*
promotus non esset anno 1060, uti *Kotzebue* l. c. affirmat, sed anno 1066. Si
pater *Bennonis* fuit *Buttenbergensis* nobilis, *Benno* e *Woldenbergensibus* comiti-
bus ortus esse non potuit. Fortasse autem latet vitium in vocabulo *Buttenberg*,
a descriptore vel typhotheta commissum, et legi debet *Woltenbergensis*. De
Buttenbergensibus nobilibus in documentis veterum Saxonum nihil reperimus
mentionis. Est quidem in Saxoniam nostra mons prope *Amelungsbornense* mo-
nasterium, dictus *Buttesberg*. Obuius est in Saxoniam vicus *Buddenbeck*, non
procul a vico *Hemelschenburg*. Est in Saxoniam occidentali *Buddenbrack* in *Pa-*
derbornensi episcopatu. Situm est in Saxoniam *Bodenburg* oppidum, ad liberos
Barones de Steinberg spectans in *Wolferbuttelano* Principatu, duo millia di-
stans ab vrbe *Hildesia*, sed ab illis se quosdam nominasse nobiles dominos de
Battenberg, non constat. De *Bodenburgo* quidem appellatur *Meinfridus* qui-
dam comes de *Bodenburg* in litteris *Bernhardi* episcopi *Hildesien-*
ad annum 1142. At rei exitum haud luculente dispicimus. Res
est altioris indaginis. Incertum est, an iste *Meinfridus* e progenito-
ribus *Woldenbergensium* comitum originem traxerit, et an *Benno* episcopus
Misnensis ad *Bodenburgenses* nobiles dominos seu comites sit referendus. *Ben-*
nonem episcopum e comitibus *Woldenbergensibus* fuisse procreatum, nondum esse

T t t

Ab anno
1014 vs-
que 1037
regnante
Heinri-
co II.

§. 472.

Tradidit heppid pro propinquo suo rokiero in *pifuffum* (o) XXX iu-
gera et I iurnalem.

§. 473.

In *haildein* (p) LX. laneof pannof et quinq. omni anno tradidit
brun

esse demonstratum censemus diplomate quodam vel testimonio scripti coarctati. Pone autem, id ita esse, atque in diplomate excitato Heinrici IV. mentionem fieri de S. *Benno*, postea episcopo Misnensi, tum quaritur, quomodo bona in pago Norththuringi sita in manus peruenerint Woldenbergensium comitum. Widekindum Magnum, a quo Woldenbergenses deducimus, aliquid bonorum possedisse in pago Norththuringi, nondum demonstratum esse credimus. Nostra enim ex sententia bona, in pago Norththuringi sita, spectarunt ad progenitores Anhaltinorum, Supplinburgicorum, Sommerchenburgicorum et Walbeccensium comitum. Sed facile ex his nos extricare possumus adfirmantes, *Benno* nem episcopum appellari consanguineum S. *Bernwardi*, episcopi Hildesheimensis, a quo ille traditus est disciplinae cuiusdam Wigeri. Ex huius disciplina Benno tam repente doctrinae laudibus florere capit, ut omnes aequales suos et condiscipulos eruditione anteciret. Iam vero S. *Bernwardus* erat nepos e filia palatini comitis *Atbelberonis*, vii supra §. 104. not. (w) et §. 188 docuimus. Si ergo Benno episcopus filius non fuit *Frideric*, comitis palatini, quod tamen dubitamus, quia idem palatinus anno 1002 mortuus est, probabilissime *Benno* fuit nepos vel pronepos *Atbelberonis*, Comitis palatini, e femina. Fortasse *Bezaba*, mater Bennonis, erat filia vel *Frideric*, vel *Raginboldi*, vel *Alberti*, filiorum comitis palatini *Atbelberonis*. Id si ostendi posset, dicere liceret, bona, in pago Norththuringi sita, in manus peruenerint Woldenbergensium per feminas. Hisce dictis in mentem quoque nobis reuocare debemus, quae supra §. 355. et 401. de *Bunicone*, *Ricdago* ac *Tancmaro* diximus. E quibus patet, hos dominos, e stirpe Widikindea ortos, bona tenuisse, in pago Ambergi sita, et in primis in villa Uptedi, vix iter vnus horae a castro *Woldenberg* obuia. Vnde fieret porro probabile, Woldenbergenses comites ex eadem stirpe Widikindea fuisse ortos. *Hogerus* ergo pater *Christopovi* si existimatur fuisse filius *Buniconis* V. Widikindei, *Bernoni* episcopo Misnensi nomen fuisset inditum, ab auo suo petitum. Plura de his exposituri sumus in *Clientela Corbeiensi*.

De villa
Pifuffum
in Ger-
mare
marca,

(o) Villam *Pifuffum* existisse in *Germare marca* refert abbas Saracho in Registro. *Germare* marciam olim fuisse ad Werram fluuium in Landgrauatu Hassiae, et in aliqua parte Thuringiae probare videntur villae *Eskenweg* (Eschwege ad Werram) *Frieda*, *Mulenbusa*, *Tutinsoda* et *Sletheim*, de quibus confer celeb. Harenbergii *Histor. Gandersb. diplom.* p. 621. His locis iam Registrum Sarachonis addit *Pifuffum* villam. Illam esse vicum Bishufen non procul ab oppido Witzenhafen in Landgrauatu Hassiae, nondum statuere audemus. Quod si autem res ita esset, ille *marcus* spatiosa fuisset regio, olimque diuisisset Thuringiam, Hassiam, Franconicam et Saxoniam. Ad quam familiam referendus sit *Heppid*, nondum patet. Forsan inter progenitores eius numerandi sunt duo fratres *Heppid* et *Borchter*, qui, testante §. 86, acquisierunt bona quaedam in Wellithi villa pagi Hessi.

De villa
Haildein
in pago
Leri.

(p) *Haildein* villa tribuitur ab abbate Sarachone pago *Leri*. Designari ergo putamus vicum *Halten*, in comitatu Oldenburgico haud procul a vico *Wivelstede* situm. Ad *Angariam* eandem spectasse villam, discimus ex eodem Sarachonis Registro. Scripsit enim is ita: *In Angeri in pago Leri in Hailden biligo Wodi et Wenigo omni anno persoluunt LXV. pannos laneos*. Ex quo loco conclusimus, eandem regionem olim fuisse relatam ad *Angariam*, in occidentali regione sitam. Necessarium igitur non erit, ut in eodem tractu specialem statuamus pagum nomine *Ammeri*, de quo loquuntur diplomata Ottonis II. et III, quae, ex protographis litteris accurate descripta, exhibemus. En illas.

In

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia imperator augustus omnium fidelium nostrorum presentium scilicet atq. futurorum pie deuotioni pateat quomodo *liudulfus corbeiensis* ecclesiae uenerabilis abbas per fidelem suum legatum *aelberhtum* nomine nobis conquestus est quod predecessores sui eiusdem ecclesiae uidelicet abbates per negligentiam perdidissent quandam preceptionem quam *bludouicus* quondam rex prefato monasterio dedit in qua continebatur squaliter ipse *bludouicus* rex ad monasterium iam dictum in honore sancti stephani protomartyris consecratum tradidit quendam locum *ponteburg* nominatum et omnem decimationem in pago *ammeri* in episcopatu *adalragi* bremensis ecclesiae archiepiscopi sitam et sua preceptione traditionem ipsam confirmauit pro rei tamen firmitate petiit nostram celsitudinem ut nos omnem rem quam prefatus rex preceptione sua prelibato monasterio tradidit de nouo eidem ecclesiae traderemus. Nos uero ob petitionem dilectae contestalis nostrae *theophanu* uidelicet consortis imperii nostri et interuentum fidelium nostrorum *uuilligisi* scilicet moguntine sedis archiepiscopi et *gisilbarii* magadaburgensis uenerabilis sedis archiepiscopi piam petitionem prefati abbatis *liudulfi* benigne suscipientes nostrae dominationis et preceptionis auctoritate prescriptum locum *ponteburg* uocatum omnemq. decimationem in predicto pago *ammeri* sitam sicut prefatus rex *bludouicus* precepto suo donauit tradidit ac confirmauit denuo ac nouiter donamus tradimus atq. confirmamus et omnibus regia et imperiali potentia ne aliquam controuersiam prefato abbati suisq. successoribus in predicto loco et decimatione faciant omnino interdiciamus. Et ut haec nostrae donationis traditio ac confirmatio per futura temporum curricula a cunctis fidelibus firmior habeatur hoc nostre magnitudinis preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signari iussimus manq. nostra propria ut infra uidetur corroborauimus.

et gubernante
Corbeiam
Drutmaro.

Signum



domni ottonis inuictissimi imperatoris augusti.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Sigillum est fractum, adfuisse autem verum Sigillum, apparet ex fractis.

data XV. id. iulii anno dominicae incarnat. DCCCCLXXXIII. indictione XI. anno uero regni secundi ottonis XXV imperii autem XV. actum ueronae febr. mes. felic. amen.

Alterum diploma huius est moduli. En illud,


In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia rex omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum pie deuotioni pateat quomodo uir uenerabilis *ihietmarus corbeiensis* ecclesiae abbas nostris obtutibus praesentauit praeceptum domni geni-

Ttt t 2

Ab anno
1014 vs-
que 1037
regnante
Heinri-
co II.

genitoris nostri beatae memoriae *ottonis* imperatoris augusti in quo continebatur qualiter ipse quendam locum *ponteburg*. nominatum a rege *hludouuico* traditum ad praelibatam ecclesiam in honore *sc̄i stephani* protomartyris consecratam omnemq. decimationem in *pago ammeri* dicto et in episcopatu *adaldagi bremensis* ecclesiae archiepiscopi sitam ab eodem rege illuc condonatum sua praeceptione a nouo concessit ac confirmauit pro rei tamen firmitate petiit celsitudinem *nōrām* ut nos denuo traditionem ac genitoris nostri confirmationem praeceptione nostra confirmaremus. cuius uero petitionem pro amore dilectae genetricis *nōrae theophanu* uidelicet imperatricis augustae et interuentione fidelis nostri *uilligisi* moguntinae sedis uenerabilis archiepiscopi benigne suscipientes praescriptum locum *ponteburg* uocatum omnemq. decimationem in praedicto *pago ammeri* sitam, sicut praefatus rex *hludouuicus* antea praecepto suo donauit tradidit ac confirmauit ac postea superius iam dictus genitor *nōr* bonae commemorationis *otto* imperator augustus nouiter per suam praeceptionem donauit ac corroborauit nos hac *nōrae* dominationis ac praeceptionis moderna auctoritate ad praedictam corbeiensem ecclesiam donamus tradimus atq. confirmamus unde et regia omnibus maioribus et minoribus firmiter interdiximus potentia ut praenominato abbati *thietmaro* fideli *nōro* ac suis successoribus nullam in praedicto loco *ponteburg* nuncupato et decimatione supra scripta controuersiam faciant si *nōrae* pietatis regiae commodo frui desiderent. et ut haec *nōrae* donationis traditio ac confirmatio per futura temporum curricula a *nōris* fidelibus firmiter habeatur hoc *nōrae* magnitudinis praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signare iussimus manuq. propria ut infra uidetur corroborauimus.

fignum



domni *ottonis* gloriosissimi regis

Hildibaldus ep̄s et cancellarius uice *uilligisi* archiepiscopi recognoui et *fff.*

data VI. kl. iunii anno dominic. incarnat. DCCCCLXXXVII indictione XV anno autem tertii *ottonis* regnantis quarto. actum corbeia feler amen.

In his diplomatibus locus *Ponteburg* est *Potenburg* in comitatu Oldenburgico. Ab hoc loco se olim comites Oldenburgicos, ante quam dicti sint de Oldenburg ac de Hoja, nominasse dominos de *Potenburg*, recentiores historici aiunt, dicunt, ferunt, perhibent. Sed inter nugas id esse recensendum, quilibet facillime perspicere poterit. Eiusdem loci *Ponteburg* iam meminit *Hludouuicus* imperator in diplomate sequenti, quod, ex autographo accurate descriptum, huic commentationi inserere uolupte est, quodque, quia characteres litterarum more ueterum elegantissimae et plane singulares sunt, dignum esset, quod aeri incisum daretur: En illud,




In nomine *dn̄i d̄i* et saluatoris nostri *ih̄u Xpi* *hludouuicus* diuina ordinante prouidentia imperator augustus si sacerdotum ac feruorum *d̄i* petitiones quas nobis pro suis necessitatibus innotuerint ad effectum perducimus non solum imperialem exercemus consuetudinem. uerum etiam ad beate retributionis mercedem talia nobis facta profutura confidimus. Quapropter notum sit omnium fidelium nostrorum solertiae pre-

presentium scilicet & futurorum. quia uir uenerabilis *castus* abba ecclesie quae uocatur *fischechi* cum subiectis ecclesiis in eodem pago *leriga* & cum decima de silua *ammeri* & *ponteburg* & ceteris ecclesiis in *hesiga*

et gubernante Corbeiam Drutmaro.

& *fenkiga* excepta una ecclesia in *saxlinga* qua concessimus ad parrochia *sci pauli* reuerti ad locum qui uocatur *mimigernaford* ubi *gerfredus* episcopus preesse uidetur. ueniens ad nos petiit celsitudinem nostram ut ipsum *sem* locum pro mercedis nostre augmento sub nostra defensione & emunitatis tuitione reciperemus. cuius petitioni pro diuino amore adfensimus et ita in omnibus qui iuste et rationabiliter petiit per hanc nostram auctoritatem confirmare studuimus. praecipientes ergo iubemus ut nullus iudex publicus neque quislibet ex iudiciaria potestate seu aliquis ex fidelibus *sanctae dei* ecclesiae ac nostris in ecclesiis aut loca uel agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore iuste & rationabiliter possidere uidetur in quibuslibet pagis & territoriis sitis uel quicquid etiam deinceps propter diuinum amorem conlatum fuerit. ad causas audiendas uel freda exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut homines ipsius ecclesiae tam ingenuos quam et seruos iniuste distringendos aut ullas redibitiones uel inlicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat vel exactare presumat. quidquid autem de rebus praefate ecclesiae fiscus sperare potuerit totum nos pro diuino amore concedimus ut perennibus temporibus in alimonia pauperum et stipendia seruorum *dei* ibidem *deum* famulantium proficiat in augmentum. quatenus ipsi seruis *dei* qui ibi *deum* famulari uidentur pro nobis & coniuge proleque nostra & stabilitate totius imperii nostri a *deum* nobis concessi atque conseruandi iugiter *deum* misericordiam exorare delectet. & praedictam uero abbatiam illius circumquaque per diuersos pagos sitam. nemo fidelium nostrorum ei exinde aliquid abstrahere aut prohibere praesumat. quin ei liceat per hanc nostram auctoritatem uerbum praedicationis domino auxiliante exercere et ministerium suum pleniter peragere. Et ut haec auctoritas nostris futurisque temporibus domino protegente ualeat inconuulsa manere manu propria subscripsimus et anuli nostri impressione signari iussimus.

signum  hludouici serenissimi imperatoris.

durandus diaconus ad uicem helisachar regnouit et *fff*

Sigillum simillimum est ei, quod exhibuimus supra in Tab. I.

data V. non. sept. ann. imperii nostri VIII. indictione XIII. actum aquisgranii palatio regio in *dei* nomine feliciter amen.

Pagum *Leriga*, qui in hoc diplomate memoratur, esse *Leri*, iam supra (§. 35) indicauimus, testimonio regis Hludouici praemuniti. Ex *ob* perspicitur, pagum *Ammeri* idem denotare, quod *Angeri*. Idem enim locus *Ponteburg*, qui in Ottonum diplomatibus tribuitur pago *Ammeri*, in Hludouici litteris refertur ad pagum *Angeri*. Id factum non esset, si pagus *Ammeri* fuisset pagus specialis. Diu autem eadem regio nomen retinuit. Heinrich IV. solum *Eschenbrock*, in pago *Ammeri* situm, concedit archiepiscopo Bremensi, atque in eodem pago *Ammini* (lege *Angeri* seu *Ammeri*) anno 1059 basilicam, in loco *Rastede* sitam, extruxerunt Hugo (lege *Huno*, quod est contractum ex *Hunoldo*, qui vel *Reinholdi* vel *Bernhardi* filius fuisse uidetur, ab auo ita dictus) eiusque uxor *Guilla*, testantibus litteris Hamburgensis archiepiscopi in *Lunigr Reichs-Archiv Spic. Eccles. P. I. Anhang* p. 84. Patet autem inde, auctorem Chronici *Rastadensis* T. II. S. R. G. Meibomii p. 89 minus uero congruentia praedicasse, perhibentem, eodem tempore, quo nobilis homo et generosus comes *Huno* cum herede suo *Frederico* monasterium in *Rastede* fundarunt, nullam basilicam in tota *Ambria* siue terra *Ammirorum*, praeterquam in *Wiuellstede*, obuiam fuisse. Diploma

A Registro abbatis Sarathonis

Secundum Registro

Ab anno 1014 vique 1037 regnante Heinrico II.

brun clericus et pro fratre suo bernhardo mansum et XXX iugera in uillis *uerellidde* (q) et *sugila*.

§. 474.

Tradidit franco pro fratre suo immed in *afikinthorpe* (r) LX. II iugales et unum mancipium.

§. 475.

ma enim Hludouici iam mentionem fecit ecclesie in Saxlinga. Credimus ergo, eundem auctorem fidem decoxisse, dum l. c. asseruit, *Hunonis* patrem fuisse *Udonem* marchionem et matrem *Idam*, nec non sororem *Hunonis* fuisse *Rixam*, ex qua natus sit *Egilmarus*, fater comitum de Oldenburg. Marchiones Stadenfes, ad quos referendus est *Udo*, in Rustringia, Stedingia, Laringia atque Ambria bona sua hereditaria possedisse, licet sic auctor Chron. Rastad. l. c. praedicer, omnino negamus, necdum a quoquam demonstratum esse censemus. Quamuis enim Henricus IV Adalberto Hemmaburgensi archiepiscopo in diplomate apud Lindenbrogium n. 27. p. 142. obuius et ad annum 1062 Ratisbonae promulgato, tradiderit, *Udonis* marchionis comitatum in *Angeri* fuisse situm; ex eo tamen non sequitur, designari *Angariam* in occidentali regione nostramque Ambriam. Procul dubio sita erat *Angaria* illa in orientali regione, ad quam v. g. spectabat Wimodia pagus. Perperam ergo *Udonem* historici haecenus nominarunt *archicomitem Rustringie* atque *Ambria*. Pagus enim *Riuistri* quamuis ad Bremensem relatus fuerit episcopatum, ipse inter Frefonam pagos tamen recensetur ab auctore vitae Hludouici pii. In Frefia autem marchionatum fuisse vllum, e veterum chartis et documentis nondum licuit vlli demonstrare.

De villis Werelidde et Sugila in pago Emisgo.

(q) *Werelidde* et *Sugila* villas collocat abbas noster Saracho in *Emisgo* in pago *Agrotungun*. Sine dubio designat vicos *Werle* et *Sogel*, in inferiori episcopatu Monasteriensi, vulgo dicto das Emsland sitos. *Emisgo* poni ab abbate pro pago maiori, qui pagum specialem *Agrotungun* sub se comprehenderit, res ipsa loquitur. Patet autem ex his donis, *Brunonem* clericum eundem fuisse, qui supra (§. 464) bona quaedam tradidit in pago *Agrotungun* in villis *Hwinni* et *Linthi* sita, eundemque e familia quadam illustri ortum traxisse, cum in diuersis pagis atque in meditullio comitatus Oldenburgici bona hereditaria tenuerit. Ad quam ergo aliam familiam eundem referamus, quaeso, quam ad Oldenburgensem? Magna itaque cum veritatis specie nos illum filium dixisse *Hunoldi III*, omnino arbitramur.

De villa Afikinthorpe in pago Emisgo.

(r) Teste Sarachone in Registro B. et P. A. C. villa *Afikinthorpe* erat posita in *Emisgo* in pago *Laingo*. Patet ex hoc primum, *Emisgo* fuisse pagum maiorem, et deinde in Emslandia obuium fuisse pagum *Laingo*. Diuersus itaque hic pagus *Laingo* esse debuit primo a pago *Logne* in principatu Göttingensi, deinde a pago *Lagingo* in praefectura Wolpe, tum a pago *Laingo* in ducatu Luneburgico circa locum Soltow, et denique a pago *Laginagowe* in Landgraviatu Hassiae ad flumen Lanam. Per *Afikinthorpe* designari vicum *Afchendorp* in Monasteriensi episcopatu non procul ab Herbirum ad Emisam fluuium, est probabilissimum. Ad quam vero familiam spectauerint *Franco* eiusque frater *Immed*, id nondum patet. *Immedi* tamen nomen indicare videtur, eos ad tribum Immedingam et stirpem Widikindeam pertinuisse. Fortasse illi *Gorberti*, qui circa annum 950. praefectus erat in Frisia, filii fatoresque fuerunt comitum de *Vechta*, de quibus vide supra §. 392. *Afchendorpe* enim olim spectasse, dicunt, ad comitatum Vechtensem, quem Bremam inter et Osnabrugam vrbes in tractu finitimo oppidi et praefecturae Wildeshufen et Cloppenburg, et in terminis dioceseos Osnabrugensis et comitatus Diepholtani situm referunt. Eidem aiunt, praefecturae *Vechte* subesse XV parochias, et sub vna praefectura saepe comprehendi X vel XII villas, atque in eadem praefectura XXXI deprehendi structuras nobilium, qui germanice appellantur *Burgmänner*. Conf. Monumentorum Monast. Decuriam primam I. H. Nunningi p. 94 seqq.

§. 475.

Tradidit folchardus pro se et coniuge sua exiuit in *Hemmeteshus* (f) et *icanrode* (t) omnia que habuit.

et gubernante Corbeiam Drutmaro.

§. 476.

- (f) Villa *Hemmeteshus* erat, Sarachone teste, sita in pago *Nithega*. Procul dubio designatur vicus *Hemfen*, situs inter oppidum *Brakel* in episcopatu *Paderbornensi*, et vicum *Brokhufen* ad *Netham* fluium in principatu *Corbeiensi*. Decimam in villa *Hemfen* tenuit ab ecclesia *Corbeiensi* in feudo *Hermannus de Nygenkerken*, restantibus litteris ad annum 1413. In litteris autem *Olrici de Westhem* eadem villa appellatur *Hemdesen*. Bona quaedam in ea adquisiuit abbas et capitulum *Corbeianse* anno 1311 *Parthenoni* in *Brenckhufen* spectabili, quod erat olim ordinis *Cisterciensis*, hodie autem *D. Benedicti*, situmque est in territorio *Corbeiensi*. En ergo ipsas tabulas publicas:

De villa Hemmeteshus in pago Nithega.

Uniuersis pñcia uisuris seu auditoris ego *Olricus de Westhem* miles cupio publice notum esse quod de pleno sensu *Gertrudis* uxoris mee *Alberti* et *Olrici* filioꝝ meoꝝ ceteroꝝq; omniũ heredu meoꝝ in recõpensacione bonorum in *Hemdesen* et in *Heygenhusen* que dñs abbas et caplm corbeyen. ad pces meas ecclie in *Beringehusen* ppetauerunt ipi dñõ abbati et capitulo *Corbeiẽ*. quinq; mantos in *Aspe* quatuor mantos in *Westhem* et octauum dimidiũ mansũ in *Vebẽberg* cum uniuersis deõꝝ, mazoꝝ, appendiciis in õi ppetate et iure que in deis mäsis et suis appendiciis habui dedi in ppetuũ ppetarie possidendos in cuiꝝ rei testimoniũ sigillũ meũ p̄sentibꝝ e appensum. Et nos *Zerbold* p̄p̄torq; conuentus ecclie *montis martis* in firmitate ampliorẽ pmissorũ ecclie nre sigillũ apposuiũ huic scripto. nos etiam *Zermann* de *Nulton* iudex *Zerman* de *Zuxaria* p̄consul. *Zinric* de *Storembrock*. *Thideric* de *Starman*. bodo de *Dodinhufen*. *Thideric* *Zildebern* *Sifridus de Buren*. *Cosfridus Snarman*. *Ludolfus de Driborgh*. *Zermanus Udonis*. *Conradus de Elinge*. *Zermannus de cõn*. et *Zenricus de Boldyken*. Consules montis martis ad maiore euidentiã p̄datorum nre ciuitatis sigillũ p̄sentibꝝ dignũ duximꝝ apponendũ. Datum anno dñi M. CCC. XI. feria quinta ante festum bñi galli confessoris.

Sigillum ecclesie montis martis
vide in Tab. VII. num. 1.

Sigillum consulum et ciuitatis montis martensis vide in Tab. VII. num. 2.
Olrici vero de *Westhem* est fractum.

In his litteris *Heygenhusen* est *Hogenhufe* villa, quæ in his traditionibus §. 62. appellatur *Higenbur*, probe discernenda ab *Heygenhusen* villa, quæ occurrit, in litteris *Bernhardi Paderbornensis* episcopi, anno 1336 datis et editis in *Nic. Sebatenii Annal. Paderb.* T. II. p. 281 seqq. quippe quæ uidetur esse villa *Heinsen* vulgo dicta *der Heinsche Hof*. Villa *Aspe* in litteris adductis sita erat in dynastia *Defenberg*, dicta dudum *Espe*. Hæc probe discernenda est ab *Assapa* in pago *Logne* in traditionibus nostris ohuia §. 302; *Westhem* adhuc reperitur in episcopatu *Paderbornensi* ad *Dimolam*, non confundenda 1) cum uico et p̄fectura *Westen* in comitatu *Hojano* 2) cum *Westheim* quondam loco pagi *Grappfelde*, 3) cum *Westheim* in dicecesi *Moguntina*, 4) cum *Westen*, loco episcopatus *Verdensis*.

- (t) *Icanrode* erat, Sarachone teste, sita in pago *Auga*, dudum autem desolata est. An-Devilla no 1439 recepit bona quaedam in villa *Ikenrode* *Didericus de Menfe* in feudum *Icanrode* ab ecclesia *Corbeiensi*. Hanc autem villam olim existisse in silua *S. Spiritus*, in pago vulgo dicta *das Heilige Geiß Holz* in principatu *Corbeiensi*, comprobat diploma *Auga* *Dieterici Corbeiensis* abbatis, in quo anno 1585. terminos ponit inter siluam *Bramberg*, referendam ad monasterium *Berinkhausen*, et inter siluam *S. Spiritus*, quæ est urbis *Huxarie*. Hinc apparet, eundem locum, quem *Traditiones* appellant *Ikenrode*, existisse inter *Bramberg* siluam, et locum, dictum *Stotessen*. De *Folchardo*, qui in hac villa bona sua tradidit, vide supra §. 104. not. (n) copiosius proposita.

Ab anno
1014 vs-
que 1037
regnante
Heinri-
co II.

§. 476.

Tradidit bernharius pro se et filio suo bernhario in *balleri* (u) LXXXIII. iugera et I iurnalem.

§. 477.

De villa
Balleri
in pago
Suilbergi.

(u) Villam *Balleri* fuisse positam in *marca Suilbergi*, refert Saracho abbas in Registro. Facile iudicatu est, designari villam, quæ supra §. 393 nominatur *Balgeri* et dudum est desolata. Ab hac villa *Balleri* non procul abfuit locus *Hechi*, in quo Corbeienfes nostri primum ædificare ceperunt monasterium suum. Inde autem ipsi, quia locus minime aptus erat fructibus ferendis, migrarunt in pagum Auga ad Wiseram, ubi templum et habitationes fratrum anno 822 condiderunt, locumque nouam appellarunt Corbeiam. Perhibet auctor *Translationis S. Viti et institutionis nouæ Corbeie* T. I. S. R. G. Meibomii p. 765. locum *Hechi* ad diæcesin spectasse Paderbornensem. Cum enim *Adalardus iunior* anno 815 accessisset ad imperatorem Luduicium, qui comitia habebat in Saxonia et quidem in loco, qui dicitur *Pacherbrunna*: eumque rogasset, ut in incrementum christianæ religionis in eadem prouincia monasterium monachorum construi iuberet; Cæsari placuisse refert, accessere episcopum *Hathumarum*, ad cuius diæcesin locus, ubi construendum videbatur monasterium, fuerit relatus, ut id cum eius fieret imperio et voluntate. Sed hæc ita comparata sunt, ut in eis prorsus fide indignus sit auctor, qui illam *S. Viti* translationem composuit. Anno enim 845 nullus abbas *Adalardus iunior* in veteri Corbeia erat. Non ergo *Adalardus* ad imperatorem accedere potuit Paderbornam, neque ab eo petere, ut mandatum daret cuiquam de construendo monasterio in prouincia Saxonica. *Hathumarus* episcopus eodem tempore amplius in viuis non erat, uti ex ipsis Paderbornensium scriptis in *Historia Corbeiensi* demonstratum iuimus. Quamobrem confessione sua laudare non potuit *Hathumarus* constructionem monasterii Corbeiensis, in partibus Saxonie siti. Moguntini itidem non contendit, locum, in pagis *Suilbergi* et *Logne* situm, fuisse diæceseos Paderbornensis. Finge tamen, eos concessuros esse, locum *Hechi* spectasse ad Paderbornensem diæcesin, inde tamen non sequitur; villam *Hucxori*, in qua *Adalardus senior* anno 822 nouam Corbeiam construxit, ad Paderbornensem diæcesin fuisse relatum. Paderbornensium est, genuinis diplomatibus vel testimoniis scriptorum coætaneorum demonstrare, *Carolus Magnus* vel *Hludouicum* pium Paderbornensem diæcesin circumseripisse, terminisque seu limitibus suæ diæceseos inclusam esse abbatiam Corbeiensem. Hoc non demonstrato credimus, abbatiam Corbeiensem cum territorio, ad eam adiuncto, nunquam fuisse diæceseos Paderbornensis. Ex auctore *Translationis S. Viti* id, quod volunt, demonstrare non poterunt Paderbornenses. Iste auctor omnino supposititijs nullaque fide dignus. Perhibet idem l. c. p. 766. Corbeienfes nostros anno 822 die 25 Sept. a loco *Hechi*, ubi eousque habitauerint, cum omni suppellectili sua surrexisse, et demum die 26 eiusdem mensis venisse ad Corbeiam nouam. Idem p. 768 refert, se corpus *S. Viti*, e Francia in Saxoniam translatum, comitatum esse, et cum multitudine vtriusque sexus eaque nobilissimi Saxonum generis tandem ad monasterium, quod noua Corbeia dicitur, peruenisse. Eo ipso nobis idem persuadere voluit, se fuisse Corbeiensem. Homo Corbeiensis sine vilo dubio, *Corbeiam* nouam ad flumen *Wiseram* ab *Hechia* in saltu *Sollingano* sita, tantum abfuisse iter vnus horæ, nouisset. Locus ille vsque in hodiernum diem satis notus est. Monstratur ibi *pratium Abbatir*, dictum die *Abtswiese*, die *Munchebreite*, der *Closterreich*, das *Closterholtz* i. e. *pratium*, *Monachorum campus*, *piscina* et *silua monasterii*. Atque hæc ficta non esse, demonstrat diploma *Bernhardi* atque *Heinrici* ducum *Brunsvicensium* ac *Luneburgensium*, in quo adhuc anno 1416 meminit *prati abbatir*. Auctor vero *Translationis S. Viti* nobis persuadere ausus est, *Corbeiam* nouam abfuisse a loco *Hechi* duorum iter dierum. Scribere an hæc potuisset monachus Corbeiensis? Nonne credamus oportet, cum fuisse impostorem? In eo fuit, ut scripto suo glaucoma obiceret posteritati, ac persuaderet aliis, *Corbeiam* nouam fuisse ab initio sitam intra Paderbornensem diæcesin. Nonne autor ille Corbeiensium inimicus fuit? Plura de eo diximus in *Historia Corbeiensi*.

§. 477.

Tradidit arnald pro fratre suo ludolfo L iugera in *ociffelde* et V mancipia et I iurnalem (w).

et gubere
nante
Corbe-
iam
Drut-
maro.

§. 478.

Tradidit hogerus in *dikeffen* (x) X. iugera.

§. 479.

Tradidit thiadricus pro filio suo bern in *rotbe* (y) XXX. iugera et I. mancipium et VI. mancipia.
erp tradidit pro filio suo frederico in *sulugun* (z) LX iugera et I iurnalem.

§. 480.

Tradidit siuuard pro filio suo thiadmaro I mansum in *acnuerlan* et I in

- (w) *Villam Ocisfelde* insertam fuisse *pago Northburingi*, indicat Saracho abbas in Registro. Designari oppidum *Obisfeld* in ducatu Magdeburgico ad Aleram fluium neminem facile negaturum putamus. *Arnaldum* eiusque fratrem *Ludolfum* inter Saxonie nostrae nobiles esse referendos, patet ex eo, quod *Arnaldus* tenuit mancipia, id est, homines, quos tradidit ecclesiae Corbeiensi ad annum censum dandum, quemadmodum ex Registro Sarachonis saepius laudato patet. Hereditum fuisse *Arnaldi* illa L. iugera Corbeiensibus data, nemo non perspicit. Alodia tempore regum Francorum possessa fuisse ab *Adelinguis* seu nobilibus, et ab ipsis monasteriis, id ipsum e chartis nostris patescit. *Liberi*, qui non erant adelingi seu nobiles, a statu autem seruorum seu mancipiorum exempti, tenere quidem possessiones hereditarias. An autem eae fuerint ab omni nexu ita liberae ut liberi homines eas pro arbitrato aliis tradere potuerint, tantisper dubitamus. Insuper hi non raro in chartis appellantur homines *liberi, qui proprium non habent, item liberi pauperes, qui propriam terrarum possessionem non habent*. Nec, quantum scire datur, vllum exstat documentum literarium, quo demonstrari possit, homines liberos possedisse mancipia, id est, seruos et ancillas. *Arnaldum* itaque habemus pro Adelingo Saxonie nostrae. Videtur eius pater fuisse Ranwardus, de quo confer §. 394 dicta.
- (x) *Ad pagum Leri* spectasse villam *Dikeffen*, docet nos abbas Saracho. Circa monasterium Wildeshufen existisse pagum *Leri*, iam supra ostendimus. Quoniam autem in loco reperiunda sit villa *Dikeffen*, nondum indicare videmus. *Hogerus* an fuerit filius Bardonis, de quo supra §. 392 comites Hojanos deduximus, id in medio relinquimus.
- (y) *Thiadricum* bona quaedam, ad villam *Rotbe* sitam tradidisse anno MXXIII ipse cum filium suum Deo ad reliquias S. S. martyrum Stephani atque Viti offerret, patet e Chronico nostro MSpto et coetaneo. In eo ad d. a. haec verba leguntur: *receptus est in monasterium Bern filius Thiadrici nobilis*. Ad quam autem familiam relatus fuerit ille *Thiadricus*, patescit e villa *Rotbe*, quam Saracho abbas refert ad pagum *Auga*. Haec dudum desolata est; olim vero existit vix duo millia passuum a nostra Corbeia in loco, vbi adhuc appellatur campus, a villa nostra dictus *am Robr* seu *Rodenwege*. Multa hic haberemus, quae dicere possemus, si esset locus. Eadem villa postea fuit in monasterium conuersa. Referuatis autem illis ad Historiam nostram Corbeiensis, putamus, neminem fore, qui neget, *Thiadricum* ad progenitores Euersteinensium comitum spectasse, fratremque fuisse comitis *Chuonradi*, de quo vide supra §. 104 not. (n) exposita.
- (z) *Sulugun* villam refert abbas Saracho in Registro ad pagum *Almunga*. Hunc in episcopatu Paderbornensi ad flumen Almam existisse, iam supra indicauimus. Quinam autem locus denotatus sit, id later in obscuro. Interim confer, quae supra sunt dicta §. 400, vbi mentem nostram aperuimus de *Erpone* eiusque filio *Frederico*.

De villa
Ocisfel-
de in
pago
North-
thuringi-

De villa
Dikeffen
in pago
Leri.

De villa
Roche
in pago
Auga.

De villa
Sulugun
in pago
Almun-
ga.

Uuu u

Ab anno 1014 vique 1037 regnante Chuonrado II.

in *hiadanofon* (a) et I locum filuaticum et II. mancipia.

§. 481.

uermūd tradidit pro filio suo conrado I mansum in *radirinbus* (b)
uermūd tradidit pro filio suo branthor I mancipium in *aenefi* (c).

§. 482.

balding tradidit pro filio suo reginmaro I mansum in *witmeri* (d) et V mancipia.

§. 483.

De villis *Æwerlan* et *Hiadanofon* in pago *Logne*.

(a) *Æwerlan* et *Hiadanofon* villæ erant in pago *Logne* sitæ, teste Sarachonis Registro B. et P. A. C. *Hiadanofon* esse videtur *Heddenbusen*, in præfectura *Hardefen*, locus in principatu *Gottingenfi*; an vero sit *Æwerlan* et *Elkershusen* sint idem locus, situs in præfectura *Fridland*: An *Ellersbusen* subaudiatur in præfectura *Munden*, vel *Eljehusen* in præfectura *Harste*, vel *Eluese* in dynastia *Hardenberg*, vel *Eluernihusen* in dynastia *Adelipsen*, id in medio relinquimus. *Siwardum*, qui hæc bona tradidit, fuisse comitem *Sifridum* de *Northeim*, patet e *Chronico* nostro MSpto, in quo ad annum *MXXIII* hæc verba leguntur: *Thiatmarus, filius Sigefridi comitis, receptus est in monasterium* confer de illo supra §. 104. not. (l).

De villa *Radirinbus* in pago *Itergowe*.

(b) *Radirinbus* fuisse locum pagi *Itergowe*, refert Saracho in Registro. An vero designetur *Rhene*, vel *Ratler*, vel *Renegge* in præfectura *Eisenberg*, vel *Radern* in præfectura *Lichtenfels* in principatu *Waldeccensi*, vel *Rengershausen*, vel *Ronnekaufen*, vel *Reueringhausen* in ducatu *Westfalæ* in terminis *Waldeccensibus*, id nondum definire licet.

De villa *Ænesi* in pago *Itergowe*.

(c) *Ænesi* erat, eodem Sarachone teste, locus pagi *Itergowe*. Intelligimus, designari vel *oberen*, vel *niederem* *Ense* in præfectura *Eisenberg* in principatu *Waldeccensi*. *Wermund*, qui hæc bona tradidit, probabiliter videtur fuisse *Verthumundus*, qui, teste *Vita Meinwerei* p. 535. n. 54. in marca *Calriki* bona quadam largitus est ecclesie *Paderbornensi*. De eo vide supra § 216. An ipse fuerit factor nobilium dominorum de *Itter*, id in medio relinquimus. Interim reperimus haud procul a *Franckenberg* in *Hassia* quendam vicum, appellatum *Viermunt* ad fluuium *Adrinam*, hodie dictum *die Eder*, qui nisi esset villa *Fiermini* in pago *Hassia*, a *Verthumundo* nostro, seu a quodam progenitore eius nomen accepisse videretur. Id vero aliis perscrutandum volumus referuatum.

De villa *Witmeri* in pago *Hessi Saxonico*.

(d) *Witmeri* villa erat, Sarachone teste, sita in pago *Hessi Saxonico*. Procul dubio significatur vicus *Witmersen* haud procul a monasterio *Wormel*, quod est in *Paderbornensi* episcopatu. De hac villa loquuntur procul dubio litteræ, quas maioris perspicuitatis gratia e membrana addimus, sequentes. En illas.

Nos Johannes dei grā p̄ptus *Jutta* abbatissa et conuentus monasterii in *Wormilon* tenore p̄ntium recognoscim⁹ publice protestando quod nos de duob⁹ māsis sitis in *Witmare* et vulgo d̄cis *hafenhoue* ab honorabilibus viris p̄posito et uentu ec̄cie *Corbeyen*. in nos et ec̄ciam n̄ram translatis cum omnibus suis iurib⁹ et p̄tinentiis p̄ ut in l̄ris eorundem sup hoc editis et p̄fectis ac apud nos depositis pleni⁹ continetur annum dabim⁹ et debitam pensionem p̄soluem⁹ p̄posito et conuentui ante d̄cis videlicet singulis annis in festo *michaelis* unum talentum leuium denariorum et duos solidos grauium denariorum huxā. usualium et hi duo solidi *vochet pennynge* dici solent. in hui⁹ rei facte testimonium p̄ns scriptum eisdem dedim⁹ n̄ro sigillo roboratum. Datum anno d̄ni M. CCC. II. in vigilia lucie.

Ad quam familiam spectauerit *Balding* eiusque filius *Reginmarus*, qui in hac villa bona sua largiti sunt *Corbeiensibus*, non patet. Cum autem interim *Widkindus*, comes de *Waldekke*, in eodem loco bona possederit, vti intelligitur e diplomate eiusdem *Widkindi*, supra §. 104. not. (u) adducto, ad *Waldeccensem* seu *Widkindeam* familiam videntur spectasse, licet vinculum genealogicum nondum accurate ostendi queat.

§. 483.

uolmar tradidit pro se et filio suo uolmaro II mansos in *uicbeke* (e) et quidquid possedit in *pepenghus* (f) culta et inculta in pratib' filuif' aquis aquarumq. decursibus cum mancipiis utriusq. sexus remisitq. *beneficium* omne quod habuit de ecclia nostra.


et guber-
nante
Corbe-
iam
Deutma-
ro,

§. 484.

Anno incarnationis dominice MXXXVII indictione V. tññl. abb. D. ecclesiam quandam in *boda* (g) cum omnibus ad se pertinentibus a domno cui hereditario iure proueniebat obtinuit nomine reginholdo in super et presbiterum ipsius ecclie nomine adimannus quam eccliam dodo (h) ue-

nera. De villa
Wicbeke
in pago
Logne.

- (e) Villa *Wicbeke* erat, Sarachone abbate teste, sita in pago *Logne*. Eadem ergo villa est, de qua egimus supra §. 451.
- (f) Villa *Pepenghus* tribuitur ab abbate Sarachone pago *Ruricgao*, quem circa imperialem abbatiam *Werden* ad flumen dictum *die Rur*, et in aliqua parte comitatus *Marcani*, olim existisse, iam supra §. 178. significauimus. Intelligimus autem designari per eandem villam *Pepenghus* vicum *Pepinchusen* in comitatu *Marcano* vnum milliare, et quod excurrit, diseretum ab vrbe imperiali *Tremonia* seu *Dortmund*. Hic situs locorum, quorum alter in pago *Logne*, atque alter in pago *Ruricgao*, tam longe disiunctis, existit, et in quibus vnus dominus bona hereditaria possedit, nos diu vexauit. Si nostrum *Volmarum* coniungere liceret cum familia *Brunoniana*, facile posset ostendi, quomodo bona, in pago *Ruricgao* sita, in manus eius peruenerint. Cum enim illustrissimus *Saxoniae* dux, *Ecbertus*, in pago *Dreini*, qui pago *Ruricgao* est contiguus, bona quaedam possederit, perhibere possemus, eadem hæc bona in *Pepenghus* *Volmarum* acquisiuisse hereditario iure. Sed villa *Wicbeke*, in pago *Logne* sita, obstare videtur, quo minus *Volmarum* ad stirpem *Brunonianam* referre queamus. E situ enim huius ville iam supra §. 104. not. (l) suspicari sumus, eundem *Volmarum* spectasse ad *Northeimensem* gentem, eiusque patrem fuisse *Bernonem* seu *Bernhardum*, comitem palatinum *Saxoniae*. Hunc autem nodum possumus soluere, si statuimus, *Frituburgam* vxorem comitis palatini *Bernhardi* fuisse stirpis *Brunoniane*. Cuiusnam vero filia fuerit ea, an *Luidolfi IV*, an eius fratris *Brunonis*, id in obscuro latet. Quodsi autem sumimus, *Frituburgam* fuisse filiam *Luidolfi IV*, frater eius fuit *Bruno*, maritus *Frederuna*, sororis reginae *Mabilde*. *Berno* ergo ac *Sifridus* cognati erant caesarum *Saxonicorum*, vti ex schemate genealogico adiecto clarius patet. Atque hæc cognatio probabiliter in causa erat, vt *Berno* a caesare palatinatu *Saxoniae* nostra donaretur. En seriem genealogicam.



- (g) Tandem aggredimur vltimum pensum nostrarum traditionum, in quo quaedam sunt per vetustatem detrita. Diploma enim *Dodonis* episcopi *Osnabrugensis* non est amplius integrum. Vt autem quaedam, ad explicandum locum nostrum facientia, addamus, e *Sarachonis* Registro memoramus, villam *Boda* fuisse in pago *Agrotin-gun* sitam, quam, si aliquid coniectando assequi possumus, esse putamus vicum, postea dictum *Bidem* et hodie *Bipen* seu *Bippen*, in episcopatu *Osnabrugensi* in praefectura *Furstenau* positum, cuius insignis parochiae collatio vique in hodiernum diem spectat ad principem *Corbeiensensem*.
- (h) Inter episcopos *Osnabrugenses* fuere duo *Dodones*. Primus obiit, teste *Erdwino* Erdmanno in *Cbron. Osnab.* T. II. Meib. p. 203. anno 938, nactus successorem *Drogomem*, nabrug.

De Do-
done epi-
scopo O-
snabrug.


Ab anno
1014 vi-
que 1037
regnante
Chuonra-
do II.
et guber-
nante
Corbe-
iam
Drutma-
ro.

nerabilis episcopus Osnabrugensis sicut suppositæ litteræ continent dedicavit. No-
tum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris qualiter *dodo* uenerabilis
episcopus Osnabrugensis ecclesie ob amorem domini nre ihu xpi et sancti petri benedi-
cebat ecclesiam in *boda* in assumptione sancte marie semper uirginis in libertate
istis locis ad illam pertinentibus (i) *huuenni bernsum* item
bernsium apulderium derigun item *derigun helerithi boclithi hallithi tebt-*
lingi stauerreuar blaresbutun
cetera desunt.

De villis
quibus-
dam in
diuersis
pagis.

- (i) Loca, in quibus bona quædam ad ecclesiam, in *Boda* sita, spectabant, ab abbate
nostro Sarachone colloantur sequentem in modum. *Huenni* erat in pago *Agro-*
tingun. Subest vicus *Wahn*, in inferiori episcopatus Monasteriensis tractu si-
tus. *Bernsum* et *Bernsium* referuntur ad pagum *Agrotingun*. Designari videntur
Borsen in inferiori episcopatu Monasteriensis. *Apulderium* erat in pago *Enterigawi*.
Designatur *Abbenberen* in præfectura Ehrenburg in comitatu Hojano, ni locus anti-
quus *Apelderen* seu *Apelern* denotetur in Comitatu Schaumburgico, cuius memi-
nerunt diplomata cænobii Lammespringensis, sæculo XII et XIII exarata. *Derigun* et
Derigun loca referebantur ad pagum *Leri*. Incurrit in animum similitudo nominis
cum vico *Daren* in inferiori episcopatu Monasteriensis. *Helerithi*, *Boclithi* atque
Hallithi spectabant ad pagum *Agrotingun*. Videntur subesse *Heren*, *Bockel* et *Holte*,
in eodem inferiori episcopatu Monasteriensis sita. *Tebtingi* villa, quæ erat in pago
Enterigawi sita, esse videtur vel *Deblinghusen* in præfectura Steigerberg, vel *Ditte*
in præfectura Stoltzenau in comitatu Hojano. *Stauerreuar* villam memorat Sa-
racho quidem, sed non indicat, quonam in pago eadem existerit. In medio er-
go relinquere debemus situm loci, dubii, an designatus sit locus *Stavaron*, olim
in pago Grindiriga et in comitatu Magni ducis situs, vel *Soveren*, in episcopatu
positus Osnabrugensis, Tom. II. S. R. G. Meibonii p. 211. vel *Stavern* in Frisia oc-
cidentalibus, vel alia villa, iam pridem desolata. Fortasse illa æque sita erat in pago
Enterigawi, vti *Tebtingi* et *Hlareshuthun*, quam vltimam probabiliter esse puta-
mus vicum *Labre* in principatu Mindensi. Hunc situm locorum si nobis ante
oculos ponimus, statuere debemus, *Reginholdum*, qui in his villis, per pagos
diuersos situs, bona sua, quæ hereditario obtinuit iure, donauit, magnarum diui-
ciarum vitum satisque potentem dominum fuisse. Probabilissimum ergo esse cen-
semus, eundem *Reginholdum* fuisse illum, qui supra §. 454 appellatur *Renoldus*
et filius *Gherberti*, qui bona quædam in pago *Enterigawi* sita tradebat ecclesie Cor-
beiensi. Autorem et conditorem generis comitum de Hoja illum fuisse, arbitra-
ri liberet, dummodo comprobare possemus, eundem fuisse uxori iunctum. Cum
autem id fieri adhuc nequeat, *Reginholdus* noster probabiliter videtur frater fuisse
Brunonis, *Bernhardi* et *Bardonis*, cuius vltimi vxor erat Oda. De hisce plura di-
cturi sumus in *clientela Corbeiensi*. *Gherbertum*, patrem *Reginoldi*, factorem fuisse
comitum de Hoja, approbant nobis eius bona, comprobant *Bardonis* nepos et
pronepos eodem nomine insigniti. *Bardonis* posteros adduximus supra (§. 392),
quo Lectorem beneuolum delegamus. Iam riuos nostros claudimus, torique
operi addimus diplomata quædam, ex originum litteris accurate descripta, qui-
bus abbatiæ nostræ Corbeiensi bona, a viris nobilissimis hæctenus tradita, a sum-
mis pontificibus atque imperatoribus confirmantur, et dicta nostra nec non
loca ipsa, quorum mentio passim fuit iniecta, illustrantur.

S. D. G.



Venit



I. C. H.

* * *
* * *

Venit ex pago Nifin ad Multam *Vredeber* apud Corbeiam nostram anno 1069, miles admodum strenuus, ibi ab hostibus expulso, magnitudinem corporis habens ut gigas. Is in bello Saxonico ecclesiam nostram acriter et saepe defendit. Galea, quam capiti imponebat, erat instar late rotundi aheni. Inde dictus fuit *Ketelboot*. Tradidit ille manfos suos in villis pagi Nifin ecclesie nostre et in feodo accepit manfos sex ville *Brungerinchusen*, hodie dicte *Brokhufen*. Filius suus vnus eos habuit porro. Nomen ei *Gerhardus*. *Nicolaus* alter filius abiit et bellauit ad *Rhenum*, multos manfos apud *Scheim* per vxorem *Hildegardem* hereditans et ibi manens. *Georgius*, patri equiuocus, cum *Ordulfo* Duce iuit aduersus Sclauos maris septentrionalis accolas. Mercedem laboris ibi accepit predium *Ketelbodesdorp* iuxta *Veterowe*. Vnus *Georgii* patris frater mansit in pago Nifin et in feodo accepit, que frater ecclesie nostre obtulerat.

Addeamus commemorationem copiosiore ex scriptis recentioribus ad gentem *Ketelhotianam* illustrandam.

Quanta generis *Ketelhotiani* sit vetustas, ex noticia in medium adlata intelligitur. Videntur aliqui, ex ea gente exorti, se *de Pileis* cognominasse. Floruit certe saeculo XIV *Nicolaus de Pileis*, Episcopus *Verdensis*, cuius imagini hi versiculi fuerunt adscripti:

*Iste vir insignis, quo vix prudentior alter,
Prasuit huic sedi, cultura reddidit agror,
Collegit nummos et praedia multa redemit,
Pacificus, moriens multum dat fratribus auri.*

Progenies *Mansfeldensis* intercidit et exstincta fuit a. 1738, in *Hedersleuen* intra Comitatum *Mansfeldensem* commorata. Progenies *Meclenburgica* viger in vnico *Chisistano Vrico*, dynasta de *Cambis* et *Lichstedt* dicto, nato a. 1701, *Rudolfstadii* in *Thuringia* consiliario aulico, regiminis, et ecclesiastico, et tandem Principis Serenissimi 1749 Vicecancellario. Ex hac progenie nonnulli gloria meritorum in *Dania* saeculo XIV effloruerunt. Consiliarium enim regni *Daniae* egit *Matthias* circa annos 1360 - 1365. *Gerhardus Ketelbot*, miles, qui *Matthiae* videtur fuisse filius, subscripsit a) *Constitutioni* sancitae de conuiuio corporis *Christi* in *Lalandia* a. 1388. Quorum referendus sit *Dominicus Ketelbud*, qui *Sterinensibus* ciuibus in gratiam *Stargardensium* denuntiavit b) hostilia, adhuc ignoro. Videtur is certe e *Meclenburgica* progenie prognatus. In terris *rhenanis* florauerunt saeculo XV *Kesselbutii de Scheim*. Deprehendimus eos inter c) *vasallos Hanouio - Mützenbergicos*. *Wilhelmus Kesselbut de Scheim*, Vicedominus *Ringauiae*, anno 1345 datus fuit d) *fideiussor* *Henrico*, Domino in *Saltra*, siquidem hic *Archiepiscopo Moguntino* oppidum *Saltra* vendiderat. *Iohannes Kesselbut de Scheim* constitutus est 1426 praefectus violentiarum e), expensis 1000 florenis, addito redemptionis pacto. *Wilhelmus Kesselbut de Scheim* fuit praefectus violentiarum 1461 *Kirchdorffii* *Moguntinus*, anno autem 1471 praefectus violentiarum et aduocatus fuit *Cassellis*. Fuit ei vxor *Catharina* f). *Wendelinus Kesselbut de Scheim* creatur praefectus violentiarum

Uuu u 3

a) *Pontoppidanus Annal. eccles. Danica diplomat. P. II. p. 237.*
b) *Fideleb. Chron. Sterin. L. I. p. 97.*
c) *Io. Georg. Estor in Anenprobe p. 194.*

d) *De Gudenus Vol. I. Cod. diplomat. Mogunt. p. 962.*
e) *Idem Vol. II. p. 502.*
f) *Idem Vol. II. p. 503.*

rum seu Walpodius Moguntiae a. 1492 g). *Adamus Kesselbut de Schelm* paullo post eodem munere ibi functus est. Dimisit illud a. 1497, susceptus h) in Archiepiscopi Electoris ministerialem. An supersint ex hac progenie viri ad Rhenum Moguntinum, resciscere nondum licuit. De progenie Mansfeldica exposuerunt Valentinus König i), Ioh. Henricus de Falckenstein k), Ioh. Fridericus Gauhe l), et ante hos Spangenbergius m). Progeniem Meclenburgicam illustrarunt Matthias Iohannes a Bähr n) et Hans Henricus Clüver o). Insigne gentilitium non fuit ab omni vicissitudine liberum, licet id, quod caput est et summa, perpetuo perflerit. Incunte Saeculo XIV p) scutum Ketelhodtianum heraldicum idque argenteum exhibuit tres galeolas (casquettes). Saeculo illo medio q) aream scuti ornavit argenteam tres mitrae nigrae orientales. Vsum huius in hanc usque diem favere, non est r) obscurum. Kesselhutiana progenies Mansfeldica supra galeam via fuit tribus pavonum pennis. Progenies Meclenburgica, quae adhuc lato se effert flore, hoc vitur insigni. Scutum eorum offert vestitus virum dimidiatum, cui infima desunt, nigra orientali mitra indutum, nigro vestitu eximium, brachio cassum, mystace magno insignem. Galea scuto imposta est aperta, coronata, et adnexa dependentibus inde nigris argenteisque galea tegumentis. Arma haec gentilitia significant, viros generosissimos, de Ketelhodt adpellatos, inter *Nobiles nominis et armorum* s) esse referendos. Benjamin Schmidt t) capropter cecinit de huius insignibus haud incomposite:

*Sein Wapen zeigt ein Feld gedritter Eisenbütte,
die man der Bildung nach in Kesselformen sieht:
Sie dienten bey der Kost und wiesen ihre Güte,
Im Fall der tapfre Muth in einen Sturm gerieth;
Das Wapen läßt die Welt den theuren Namen kennen,
Und beyde lehren uns des Adels Alterthum,
Denn wo sich Stamm und Bild mit gleichen Sylben nennen,
Da blühet auch zugleich der Zeiten grauer Ruhm.*

Gerhardus Ketelhodt, expeditionis cruciatae pars et quidem quartae in Palaestina susceptae, videtur in Palaestina Mauros nonnullos profligasse vel trucidasse ac mitras orientales nigras u) pro more tunc usitato x) insignibus suis suorumque successorum inferuisse. Nomen vero genti non inhaesit ab insignibus, sed insignia a Gerharo, galea amplissima induto, olim originem ceperunt. Praedia auita fuerunt generosissimis Ketelhotiis in pago Nifin ac Comitatu Mansfeldico, in Principatu Corbeiensi, ad Moguntiam ac Rhenum, et in Ducatus Meclenburgici regionibus. De vltimis iam dicemus pauca. *Ketelhottdorp*, in Ducatu Megalopolitano situs locus, praedium fuit eorum antiquissimum, finitimum oppido Feterow, ac in praesens adpellari solitum *Kötel*. Tenet illud iam gens generosa, de Oldenburg cognominata. Tenuerunt ibi quondam Ketelhodtii maximam oppidi Feterow partem, sed quoque praedia *Raden*, *Wattmannshagen*, *Hermannshagen*, *Warnekenhagen*, *Lesen*, *Alverdors* et *Harmsdorf*, nec non *Campse* et partem *Carboviae* bonorum. Duae possessiones postremae sunt adhuc in ditione

g) Idem l. c.

h) Idem l. c.

i) *Adelshistorie* P. III, p. 225, f.k) *Thüringische Chronick* L. II, P. II, p. 1375, f. *Analekta Thuring. Nordgau*. Nachlese IX, XI, XII.l) In *Adels Lexico* in voce *Ketelhodt*.m) *Mansfeld. Chronik*. c. 354. p. 411. *Adels-Spiegel* P. I, L. I, c. 18. p. 116.n) *De rebus Meclenburg*. VIII, 14. p. 1623 et in *Indice conciso familiarum Nobilium Ducat. Megapol.* n. 71. p. 26.o) *Beschreibung des Herzogthums Meclenburg* P. I. p. 621.p) Ioach. de Westphalen *Monument. ined. rerum Germanic.* Tom. IV, p. 1260, Tab. XIX. n. 28.q) *Ibid.* Tab. XIX, n. 47.


r) König l. c.

s) Cel. Cramer *de Iuribus et Prærogatiuis Nobilitatis auro* c. 1. §. 6. not. c. p. 20.t) *Gedichte* p. 560.

u) Io. H. de Falckenstein l. c.

x) Cramer l. c. c. 5. not. f. n. p. 362, 369, f.

tione Viri Perill. Christiani Ulrici de Ketelhodr. Subest huic præterea prædium eque-
stre Lichtled, cui innexum est censuum haud parum ex distracto prædio equestri
Volksted. Dabimus partem genealogia, ex tabulariis, præcipue Swerinenfi et Isle-
bieni, ac fide dignis commemorationibus defuntam, quæ ad Ill. Vicecancellarium pro-
currit. Non dubitamus, quin gentis Kesselhur de Scheim series genealogica suceffu
temporis perinde in lucem sit proditura. Nobis certe haud constat, an ea ad ætatem
nostram persisterit nec ne. Memoratur centurio, *Hüetman*, ordinis Mariani Teutoni-
ci, quem virum Conradus de Iocke, magister ordinis ensiferorum, a. 1307 sibi contra
Rufios auxilio missum admodum inuenit fortem et probatum. Vocatur ille centurio
nude Ketelhodr y). Rem ipsam adtingit z) Petrus de Dusburg, nomen vero Ketel-
hodrii omittit; significans tamen, milites ordinis Teutonici multos paullo ante aduenisse
in Prussiam ex terris rhenanis. Inter primos reformatores euangelicos emittit Strahl-
sundæ *Christianus Ketelhodr*, quem posteritas dignum iudicauit, cuius memoriam sæcu-
larem a) ipsa celebraret. Rostochii inter academiæ ciues receptus fuit 1509, 20. Iul.
Ioachimus Ketelhoet de Stolpe. In litteris feudalibus ad a. 1603 memoratur *Stephanus
Ketelhodr*, e terris ortus Cellensibus Saxonie inferioris. Anno 1606 in senatu Camini
causam suam egerunt contra reos *Balthasar* et *Martinus Ketelhodr*, accusatores. M. Io-
hannes Kesselhud, Rector scholæ Brunswicensis, versiculis græcis concinnauit *καλειμω-
μας*. Videntur hi postremi nobiles animo et virtute fuisse, haud quaquam
genere equestri. Quæ genealogicam fundunt seriem, ea sic concinnata exhibebimus:

TAB. I.
N. de Ketelhodr.

TAB.

y) Balthasar Ruffow in *Liesländischer Chronic.*z) *Coron. Prussie* P. III. c. 289.a) *Acta historico-eccles.* IV P. Beiträge p. 610, 199.

TAB. II.

Georgius in Cambs † 1570.
vx. Elisabeth de Lintow.

Georgius in Teterow † 1479.	Ioachimus in Campse, vx. Polita de Grabow.	Gerhardus, in Cambs et Carbov, † 1612. vx. Dorothea de Wildberg 1591. † 1637. Regiomonti.	Hans. vx. Catharina de Swerin.	Henricus in Teterow, n. 1553. † 1631. vx. Margareta de Basschwitz 1604.	
Georg n. 1593. † 1688. Regis Suec. centurio secundar. vx 1) Eua de Barold 1632 † 1638. 2) Anna Maria de Horn 1640 † 1689.	Gerhard, in Cambs n. 1597. † 1688. Regis Suec. centurio secundar. vx 1) Eua de Barold 1632 † 1638. 2) Anna Maria de Horn 1640 † 1689.	Daniel Lütke, Ludeco, n. 1599. in Cambs, n. 1602. vx. Hedewig de Rohr, f. magistri equ. Brand.	Ioachim Wenzlow n. 1604. 1606.	Hasso & Wilhelm. n. 1610.	Ioachim, magister stabuli Holláro-Gotorp. † Paris.
Gerhardus Fridericus, n. 1643. ducal. Brunswic. Luneb. centurio secundar. ad Treviros in prelio occisus.					Gustavus Ioachimus in Cambs n. 1654 † 1732. magister supr. stab. Ducis Meclenburgo Gustrou. vx. Anna Catharina de Hunemörder 1689 † 1736.
Gustavus Carolus n. 1699 † 1702.		Christianus Vlicus, Dominus Lichtedi, n. 1701. Vicecancellarius et Praeses Consistorii Rudolstadt. 1750. Vx. Maria Catharina de Beulwiz 1729.			Gustavus Ioachimus n. et † 1708.
Frid. August. n. 1734 † 1735.	Ioh. Georg n. 1736 † 1738.	Carolus Ludewicus Gerh. n. 1739.	Ernestus n. 1741.	Ioh. Frid. n. 1744.	Christina Sophja, Wilhelmina, Henricus eta.





